UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Probo ep]iscop]o. Cap[itulum]. xlv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

mum proprijs pedibus repedauit. Cepit autē pſalterium mente diſcere velle. Cumqꝫ vſqꝫ ad pſalmū decimūſextum didiciſſet: ⁊ vltra memorie commēdare nō poſſet: in eccleſia ſancti chriſtophori ante crucifixū orans: obtinuit ⁊ celeritatem in addiſcendo: ⁊ firmam memoriā in retinendo. Sicqꝫ in breui diuina gr̄a pſalterium totum memorie cōmendauit: ipſumqꝫ quotidie legere cepit. Factuſqꝫ eſt clericus: ⁊ ꝓceſſu tēporis ſuccēſis epiſcopus: qui populū dei verbo et exemplo inſtantius refouens clarus ſanctitate migrauit ad chriſtum.

De ſancto Probo epō. Cap. xlv

PRobꝰ epiſcopus rauennatū .vij. apud eandem ciuitatē claruit. Hic enī mitis ⁊ pius fide religioſiſſimꝰ: clarus in ſpecie: fulgidus in ope: ſapiens eloquio: plenus gratia ſpirituſſancti: oēs languidos ad ſe venientes quacūqꝫ detentos valitudie curabat: ſpirituſqꝫ immūdos de obſeſſis corporibus expellebat. Qui poſtq̄ ſue ad occaſum vite inſtante tempore: angelica conſpexit agmina: ſtatiꝫ elapſa eſt de corpore eius ſancta anima quarto idus nouēbris. Sepultuſqꝫ eſt a filijs ſuis ī eccleſia ſuo nomini dedicata: vbi in miraculis et virtutibus viuit.

De ſanctis Tiberio Modeſto ⁊ Florentia martyribus. Cap. xlvi.

TIberius: modeſtus: ⁊ florētia martyres paſſi ſunt apud agathēſem ciuitatē ſub diocletiano imperatore. Fuit enī tyberius eiuſdē vrbis helei nobilis: ſed pagani filius: qui valeriano imperatori plurimum erat dilectus. Anno igit. viij. eius imperij: valerianus heleo ſuaſit: vt filium quem chriſtianū nouerat ad ſacrificia prouocaret. Quod dū ille per dies plurimos facere ſtuderet: et tyberius puer in fide chriſti imobilis perſeueraret. Cum imperator hec audiſſet: fecit ipm̄ teneri: ⁊ in catomo fuſtibus diutiꝰ cedi. Cum autē cedentiū brachia aruiſſent: ⁊ ipe imperator in manu tortionem maximam ſenſiſſet: cepit exclamare: ⁊ tyberium magū appellare. Pro quo tyberius orauit: ⁊ continuo ſanitatē recepit: quem valerianus emēdandū patri tradidit. Pater xp̄o iuuenem in triclinio delitijs ⁊ muſicis ac ioculatoribus ⁊ puellis pleno diuerſiſqꝫ gemmis ornato poſuit: vt animū eius alliceret: et a chriſtianitate reuocaret. Orante xp̄o ſancto claritas ei de celo refulſit: odorqꝫ maximus refragauit. Quod dum pater ad videndū iuiſſet: putans ꝙ dij eius filium conſolaturi viſitaſſent: cōtinuo excecatur: ⁊ ab imperatore ꝓ lumine recuperando ad tēpla deoꝝ adducitur: ſed ſine vlla gratie impetratione reuertit: oratione autē filij illuminatur. Cum autē heleus filium tanq̄ magum perdere vellet: ab angelo cum modeſto quodā chriſtiano rapitur: et ipſo duce vltra flumen eucharum tranſuadant: atqꝫ ſub quercus arbore collocātur: vbi ambo degētes vſqꝫ ad diocletiani tēpora predicabāt: ⁊ miraculis clarentes multos cōuertebat. Eodē aūt tēpore cum filius maximiani imperatoris a diabolo oppreſſus eſſet: et a nemine niſi a tyberio ſe eijciēdū clamaret: requiſitus ſanctus ⁊ romā cum modeſto perductus imperatoris filiū a demonio liberauit. Sꝫ diocletianꝰ collega maximiani eos detinuit: ⁊ ꝓdicta magicis artibus attribuēs dū ſacrificare recuſarēt: ipſos onuſtos ferro per dies plures in carcere artauit: ⁊ fame nimia afflixit. Quos āgelus dn̄i celeſti de celo fuſo lumine cōfortauit. Sed cum iuſſu imperatoris beſtijs expoſiti eſſent: ⁊ ī nullo ab eis leſi fuiſſent: in clibanū ignis mittunt: in quo pſallentes dn̄o inuſti penitus ꝯſeruant. Inde leoni ferociſſimo ſubijciunt: ſꝫ ab eo intacti per oīa cuſtodiunt. Quos vidēs florentia quedā matrona in xp̄m credidit: ⁊ ſtatim cum predictis martyribus detenta fuit. Quos oēs diocletianꝰ mādauit in caraſta leuari: ⁊ duriſſime cedi. Orātibus xp̄o ſanctis: terremotus factus eſt nimius: ⁊ tēplo deoꝝ corruēte plurimi gentiliū oppreſſi ſunt: imperator xp̄o cū paucis euaſit. Sācti xp̄o martyres ab angelo de caraſta erepti: ⁊ ad locum iuxta priſtinum fluuium eucharum territorij agathenſis in momento ſunt reducti: vbi oratione fuſa ad dominū migrauerunt quarto idus nouembris.

De ſancto Martino epiſcopo et confeſſore. Cap. xlvij.

MArtinꝰ ſabarie pānonioꝝ oppido nobilibus parētibus ⁊ gētilibus oriūdus: ſed intra italiā papie alitus: cum patre ſuo tribuno militū ſub cōſtantio ⁊ iuliano imperatoribus militauit. Non tamen ſponte: quia ab infantia diuinitus inſpiratus annoꝝ decē inuitis parētibus ad eccleſiam ꝯfugit: ſeqꝫ cathecuminū fieri poſtulauit. Et tūc etiā heremū intraſſet: niſi etatis infirmitas obſtitiſſet. Sed cū ceſares filios militum veteranoꝝ ad militandū ſcriberent: martinus annoꝝ q̄ndecim ad militiā vrgetur: vno tm̄ ſeruo contētus: cui tamē verſus vice dominus